Rozprawy
o panowaniu Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złr.

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrick 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1661. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epic. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77) *b)* Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac p[ten-]
1. tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos con[f]ecta
Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. *b)* Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. *c)* Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. [b.] m.
1652. (k. n. l. 10)

4. *d)* Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hunga[r]iae.
Viennae 1652. (str. 96)

5. *e)* Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni [D]n.
Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Cas[te]ll.
Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, [q]uid
sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cus[tr]ini
1657. (str. 11)

6. *f)* Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto paci[s] et
securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. *g)* Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. [m].
1658. (str. 27)

Frischman Johan 8 *h)* Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 16[5]8.
(str. 19)

9 *i)* Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Ep[is]t.
ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 *k)* Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. [Po]-
snan. super barbara Austriaci militis insolentia, in O[r]d.
Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 16[5]8.
(str. 4)

11 *l)* Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Ele[c]t.
Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 *m)* Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloni[a]e
et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Princip[e]s
et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischman Johan 13. *n)* Moguntini labores electorales, praevii et electorii. [b.]
m. 1657. (str. 45)

14. *o)* Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, p[ri]-
mum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegiu[m]
elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 *p)* Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussio-
nis. b. m. 1658. (str. 16)

16. *q)* Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem
Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

DISJECTIO REJECTA

SIVE

TERATA ET CONSTANS QVERELARVM

GALLICARUM DISCUSSIO.

CIves Imperii

Ut Iisdem verbis cum Disjectore Gallico rem exordiar, Classicum vobis canit hic Buccinator Gallicus, quem suus disjiciendi modus satis prodit cujus farinæ sit, technarum scilicet vafer artifex, qui rerum veritatem tot verborum labyrinthis didicit convolvere, ut filo Ariadnæ opus foret, quò ex eo labyrintho se evolvere quis possit; & ubi ei deficiunt rationum pondera, ibi suffarcit contumeliarum plena agmina, tam pacis, & tranquillitatis publicæ amans est, ut perstringenti calamo & stylo suo tum privatas rixas, tum publicas seditiones iterum concitandi, & alium stylum in arma acuendi non impar foret; idque totum lucelli, quod forte habet, solo intuitu. Huc nimirum

Auri sacra fames mortalia cogit pectora.

Sed proscindat ipse nomen Discussoris Austriaci viri tanta doctrina, tam sanis consilijs, tantâ hominum æstimatione, tanto religionis zelo, tot famosis legationibus, ad quas Disjector vix unquam fortè capax erit admoveri, jam tot retro annis toti mundo conspicui & admodum Illustris atq; etiam integerrimi, parcam tamen libenter honori, & quod habere posset bono nomini authoris; neque enim hîc detractionum, nugarum difficilium, & verborum inanium mercatus est, ubi de summa regiminis, & rerum Germaniæ in consessu & conspectu tot Eminentissimorum ac Serenissimorum Principum Electorum sine affectu, odio, invidia aut plus quàm patrio amore disceptare argumentis, rationibus, testimonijs oportet. Verùm ille nunc fere Scriptorum receptus mos est, ut veritatem calumnijs compensent aut obfuscent, beneficia ingratitudine rependant, & coram Iudicijs regnorum atque Imperij supremis talia effutire non erubescant; quæ inferiora & privata subsellia nec disertissimis advocatis in foro unquam permitterent: sic fit, quando plena est omnibus quidlibet pro suo arbitrio, pro suo captu, & pro affectu, quem avaritia corruptionum mater ipsi dictat, impunè fingendi, comminiscendi, scribendi, ac demum typis publicis divulgandi facultas est & libertas. Ne verò superfluitatem verborum carpendo ipse mei oblitus verba videar velle vendere, ad rem ipsam revertor, & vos, Cives Imperii, æquè ac disjector iste Gallicus sine pervicacia audacter compello, adeste, & quis palpum vobis obtru-

†

dat; audite, cernite, & sanâ, nec tot vagis crepundijs infectâ mente bene judicate.

Inculpat Discussorem querelarum Gallicarum ejusdem discussionis nimis calumniosus disjector Gallicus, quasi scripto nuper edito Pacem Mon asteriensem concutere intendat, unum sibi verbulum arripiens, quod à discussore non sine ratione dictum sane fuit, quòd nimirum Domui Austriacæ legitima sint causarum momenta quorum justitiâ & pondere ipsis liceat sine contraventione Pacis Monasteriensis, jus successionis quod habent in Ducatum Mediolanensem suo & non Imperij jure tueri ac contra quemcunque aggressorem defendere; queruntur que Rex Galliæ & Legati ejus injuriam sibi per auxilia in Statum Mediolanensem à Cæsare nuper defuncto transmissa, & à Domo Austriaca ibidem huc usque conservata ideò esse illatam, quia vigore Instrumenti Pacis Cæsareo Gallici *Ducibus Sabaudiæ & Mutinæ quod pro Rege Christianissimo in Italia bellum gesserint, & etiam nunc gerant nullum unquam adferre debuerit præjudicium.* Esset sanè cur Galli id obverterent, si illis per Instrumentum Pacis concessum quoque fuisset insolentium & contumacium Imperij Statuum in se pro placito suscipere protectionem, ijsque contra feudi Dominos & Convasallos bellica præstare auxilia, rebus turbarum & fallaciarum in gallica emolumenta directarum plenissima: quòd si enim fas esset cuivis potentiæ exteræ quemlibet alienæ Jurisdictionis inobedientem aut contumacem Vasallum contra Dominum suum tueri, & feloniam quam talis incurrisset, armis defendere, quanto quæso brevissimo tempore passim nasceretur rerum omnium confusio, quàm verò id nemini liceat, satis apertè demonstrant Constitutionum Imperialium obvij & vulgati codices, ne scilicet Janua aperiatur delinquentibus, aut debitoribus reis, suas ubique latebras & effugia quærentibus: quo concesso totus ordo Justitiæ ubique perverteretur, neque ulla vel sententiarum in contumaces latarum unquam haberi posset certa executio, eo quòd ad alienam protectionem rei omnes sive ex debito sive ex delicto, quâ datâ portâ confugituri, & novis turbis ciendis occasiones plurimas continuò præbituri essent. An autem non decuisset Ducem Mutinensem tot dehortatorijs Sac. Cæs. Maj. ut Vasallum Domino suo obedientem jure obtemperare, quorumlibet uno relinquam judicio; si læsus fuerat, ecquid non in competenti foro de injuria illata, & si malo non fuisset allatum remedium, de denegata sibi justitia cum protestatione questus est; ac deinde non ad Regem Galliarum, sed ad Comitia Imperij, statusque universos præmissis Austregis confugit, cùm Statibus Imperij ut paribus Curiæ, quod Gallo in imperij feudis ac terris non competit ea in causa pronunciare incubuisset: profectò si Rex Galliarum ubique hostiliter se offensum velit, ubi contra ipsum alienis Statibus se se immiscentem, & quorumlibet protectionum sicut nunc libertatis Germanicæ in se suscipientem, quocunque tandem modo proceditur, nunquam sine hoste erit, quandoquidem nulla se offert

sedi

editio contra Auſtriacos, quam non per emiſſarios ſuos clam promoveat & vix non palam, nulla vel ſcintilla belli ipſis propinqua oritur, quam non ad latè in Auſtriacas ditiones atq; in Imperium ipſum ſerpendum velut flabello accendat nulla contumacia ſubditorum in Dominos erit, cui non ſpeciem quandam juris offundere poſſit ſeu jure ſeu injuria; quòd ſi itaque Galli rebus alienis & Jurisdictione abſtinuerint, meritò & Auſtria abſtinebit à quibuscunque motibus, quos in damnum Galliæ cedere poſſe arbitrabitur; ſcimus enim ſatis, & damno ſuo didicit Germania, quousque ſuas protectiones Gallia extendat. Nunquid Metis, Tulli & Viroduni olim tantùm protectionis jura habuerunt; ſicut hodie, prô dolor, Philippopoli habent, quâ verò arte idem illud jus protectionis & præſidiorum ſine vel minima Civium culpa ex prætenſa violatione protectionis ſibi debitæ in proprietatem traxerint, prout tempora & occaſiones ferebant, nemo erit qui neſciat, adeò ut proximo in congreſſu Monaſterienſi nec pacis tabulis ſubſcribi permiſiſſent, niſi omnibus illis dicaſterijs, urbibus & locis ad Imperium jure ſpectantibus, idem ipſum Imperium ex toto ceſſiſſet, & jus ſuum ibi abdicaſſet ubi Jura Imperij ſtatuere, & leges fundamentales in eum ordinem, in quo nunc ſunt, redigere occepit, eo uſque dilatant Galli jura protectionis ſuæ.

Verùm quia contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt, agedum ſeriem contumelioſæ iſtius disjectionis ſuo ordine breviter percurramus.

Compellat Disjector *Cives Imperij ut adſint paci animam acturæ*; ita ſanè eſt, & meritò, quandoquidem Gallus nihil plauſibilius ore circumfert, quàm tranquillitatem publicam ac pacem; nihil verò corde ita meditatur & artibus ſuis machinatur, quam bella nunquam niſi cum ipſius dominandi libidine ceſſatura, ita ex propoſito mentis inadvertenter loquitur: Jam enim ſatis compertum habet Imperium, quot non ſancitas & jure jurando firmatas cum Hiſpano Pacis transactiones, prout res ſuæ ferebant, non habita ſive religionis in Deùm, ſive fidei in homines ulla ratione, perfrictâ audaciâ non dubitarit violare, &, ut verbis disjectoris in quibusdam utar, tot diuturna ac cruentiſſima bella novis contra meliorem conſcientiam retortis & confictis prætextibus non calamorum diſcuſſionibus ſed armorum iniquis concuſſionibus reſuſcitare, teſtes ſint Pax Madriliana, Cambrecenſis, & noviſſima Verviniana; ubi omni juri quod unquam Gallia habere arbitrata eſt in Regna & ditiones à Regibus Hiſpaniarum titulis matrimoniorum ac dotium legitimis tempore immemoriali quiete poſſeſſas, poſteri Galliarum Reges, qui ad talia facta majorum ſuorum præſtanda ita tenentur, ſicut hæres teſtatoris (ſi idem olim ſibi quoque factum velint) velut poſtliminio ſibi debitas, hoſtiliter repetere non erubeſcunt: *Non itaque percuſſa eſt pax venenato diſcuſſoris Auſtriaci telo*, quando inquit cauſas Auſtriacis non deeſſe pacem ad fidem datam frangentibus, nihilque magis, quàm Domus Auſtriacæ ultimum excidium cogitantibus

tantibus maturè obviare, eò enim directa ſunt omnia Gallorum conſilia, ut ſpecie amicitiæ fallendi genere peſſimo omnes fallant, atque utinam non incurij Cives Imperij ſerò nimis ſapientes illud experiantur, hoc nempe diſcuſſoris Auſtriaci unicum & ſincerum atq; optimum votum eſt, qui omnes quidem mallet in unum coaleſcere, & ſuas vires aliò convertere, quia tamen Gentis alterius inconſtantia id non patitur, eos ſaltem cuperet in communis religionis & ſui defenſionem co-uniri, quos eum in finem Deus & natura conjunxerunt, duo enim adhuc ſuperſunt religionis Catholicæ lapides Angulares Hiſpania, & Auſtria, illa nullius erroris aut Schismatis in doctrina conſcia, hæc priſtinæ doctrinæ in ſuas terras referendæ velut œſtro divino percita, perquam cupidiſſima, ut cui animas hominum lucrari, quàm regna ſua ambitioſè dilatare antiquius & æquius eſt; quod tamen in vilipendium aliarum religionum in Imperio per Inſtrumentum Pacis receptarum dictum eſſe omnino nolim, quamvis ut omnes iſtæ in hanc unam quoque coirent, maximopere foret exoptandum.

Quàm autem juſtæ ſint Gallorum querelæ contra Auſtriacos, quas disjector iſte tales eſſe ad nauſeā toties jactavit, res ipſæ loquentur, quando domitâ & per pacem Monaſterienſem ex pacto quidem, ſed ita tunc urgente rerum communium neceſſitate, majori parte Alſatiæ retenta, & nunc occupata, ut putat Flandria, ſubactaque, quod intendit, Hiſpania & domita Catalonia, tandem ambitione ſua Gallus ſubſtiterit, & criſtas non erexerit, atque in veſtro, Germani, ſimeto eum unionem quærere deſtiterit, quo Orbis univerſi, quod meditatur, Dominium ſibi comparandum ſuperbè judicet; ſed cùm gloriæ rari ſint termini, facile eſt conjicere, quò ſuas vires eo caſu, qui procul ſit, demum ſit converſurus, & qualis ſit permanſura Pax atque Germaniæ libertas, quam nunc adeò ſe tueri velle in omnibus Aulis & compitis crepat & percrepat, quod omnes quos ſua ætas, vel hiſtoriarum pleni libri cupiditatem Gallicam vel tantillum ſeu uſu & commercio ſeu lectione edocuerunt, ita tandem re ipſâ futurum, eamque aleam in hoc perdifficili negotio jaciendam eſſe teſtabuntur.

Adeò itaque inconcuſſa manent Diſcuſſoris Auſtriaci argumenta, ut etiam Gallica disjectio ea maxime ſtabiliat, dum illa vel planè nullis, vel contortis, vel ad rem non pertinentibus rationibus voluit, ſed nō potuit convellere, imò in ijs, quæ rei ſubſtantiam concernunt, ne attingat quidem, ſic lux veritatis etiam inter tot pleno ore eructatas & famoſis libellis aſſueto calamo conſcriptas calumnias ſplendidior apparet, caliginumq; tenebras radijs ſuis diſpellit.

Et ſanè nemo cum ratione dixerit, velle quem reſuſcitare lites tranſactione ſopitas, quando rerum quarundam geſtarum enarrat ſeriem, quò utriusque contrahentium jura & intentio univerſo Imperio fiant manifeſtoria, quippe ipſas adeò ultimas hominum voluntates conjecturis diſcernimus; non igitur peccavit contra

civilitatis

vilitatis leges discussor Austriacus, quando paulò altius memoriâ repetit quo-
modo, & quorum in præjudicium, ac quibus renitentibus, contradicentibus, at-
que sæpius dehortantibus Alsatiæ Gallis cedi coactè debuerint, adeò Galli pa-
m promovebant Monasterij, ut, nisi quocunque tandem jure obtinuissent Al-
tiam Imperio viciniorem, regnisque suis eam adjecissent, furor ipsorum ex am-
itione & superbia pullulans plurimo Christiano sanguini nondum pepercisset, ita
mirum fuerunt Pacis amantes, ut sine maximo suo commodo nunquam eam
t noluissent, aut pepigissent; magis itaque inciviles, adjicio, iniqui Galli fuere,
uando maluerunt pupillorum innocentium dominia injusto bello occupata ad
pertrahere, quàm tot Illustrium Legatorum & Statuum rei iniquitatem satis
ensitantium, æquissimæ dehortationi annuere.

Neque aliena prorsus dicenda sunt, quæ cum eadem caussa continuatam ha-
ent connexionem. Ecquid igitur Gallus tantopere refugit Conventum An. 1634.
rancofurti habitum? Scilicet quia fidem Gentis suæ labefactari debere, satis
æsensit, dum alibi plurima promittunt, alibi promissa non servant, quæ quomo-
o in Principum sive personas sive Legatos cadant, ipsi noverint: Quis verò non
eritò opinetur Gallos petendo Alsatias Romano Imperio, Circulisque Rhena-
superiori & inferiori, adeoque & Electorum istorum libertati insidiatos esse,
ibus carius fuit magnam vim pecuniæ, sed suo more ad Calendas Græcas exol-
ndam promittere, quàm contra datam Francofurti fidem Alsatiam non deside-
are; loquantur minæ, quas hic verbo & scripto contra unum aliumve Electorem
ontra vota sua facientem detonarunt.

Et quâ ratione Disjector Gallicus allegata discussionis argumenta nullita-
s arguat? quæ in ipso Pacis Instrumento fundata, & ad ejusdem explanationem
tractatibus Monasterij habitis decerpta sunt; si enim singula verba transactio-
is Monasteriensis Galli audeant suum in sensum & commodum interpretari,
àm tamen non ipsi soli Pacis sint interpretes, cur non liceat amplioribus expo-
ere, quibus modis res isthic gestæ sint, ut, quâ mente, & quousque transactio facta
t, rerum istarum ignaris, ex ipsismet tractatuum publicis & fidelissimè exceptis
rothocollis manifestiùs appareat; timent utique, ne si modus transactionis & non
erba tantum plebi innotescant, hinc Gallorum pravæ intentiones jactatrices
uidem tuendæ libertatis, sed certissimam & duram servitutem, nec nisi more Si-
ulo excutiendam post se trahentes melius patefieri incipiant, & quorum hacte-
us falsis argutijs & importunis suggestionibus fascinarunt innocentes animos,
i ab ijs ad veritatem patescentem retrogradi penitus abalienentur; norunt enim
omines naturâ ita comparatos esse, quod inprimis de Germanis intra cæteras
ationes laudabiliter dixero, ut semel decepti, deinceps decipientibus aut nullam
ut difficilem fidem tribuant. Videtisne quàm arundinea sint Disjectoris funda
menta

menta, ut ventus ipsiusmet inconstantiæ suæ eandem planè disjiciat; ait enim *Tractatus Pacis Monasteriensis de relinquendis indefensis Galliæ hostibus ab initio fuisse voluntatis, post tractatum necessitatis*; cùm tamen ipse sui oblitus, & sibi è diametro contrarius verbis hisce disertis & suis candidè fateatur, si unquam aliàs candorem aliquem explicuit, *eam tum fuisse rationem rerum, ut pro asserendo Bohemicis Statibus libero eligendi regis sui jure, sola petitio, Statuum scilicet Bohemiæ necessitatem consensionis tunc Austriacis indidisset*; adeò liberæ voluntatis fuerunt quæ Monasterij conclusa sunt; adeo omnis quantumnis perfecta simulatio se ipsam aliquando prodit, & debuit profecto Gallus hujus Electionis liberæ Monasterij immemor fuisse, quod Statibus Bohemiæ petitionem illius non suggesserit.

Nec me hercle potuisset disjector prudentius loqui, quàm dicendo Tractatus Pacis Monasteriensis esse pacta æquissima, talia enim una ex parte omnino sunt; quippe totum Domus Austriacæ studium in eo fuit, ut inprimis tantæ effusioni Christiani Sanguinis demum parceretur, desolatæ terræ ad pristinam agriculturam, ad sua subditi reducerentur & securi permanerent, commercia passim revocarentur, & quod caput rei est, exiguum illud religionis Catholicæ, quod in Romano Imperio adhuc est reliquum non omnino supprimeretur, ne antiquus Dei colendi ritus plane intercideret; scient verò, qui ex altera parte regna sua ampliare, & pedem in Imperium proferre quæsiverunt, num in idem suo studio collimârint, cujus scrutinium Deo Judici relinquendum quidem, in medium tamen etiam conferendæ actiones & indicia, quæ optimam plebem talia nescientem in notitiam contrariæ Gallorum sua solùm commoda spectantis intentionis possunt deducere, ne erroris vertigine circumferatur. Cæterùm talia pacta æquissima, si juxta Gallorum interpretationem observari debeant, vix non leoninam societatem jure dixero, quæ quod Gallis libet, permittunt, Austriacis verò quæ ex jure sanguinis ac naturæ, affinitatis, fœderum, pactorumque gentilitiorum justissima sunt, omnino prohibent, quibus tamen omnibus Austriaci, non sine maxima, quam incurrerunt Hispanorum offensa, solo amore pacis, & commodorum miseræ atque afflictæ plebi ex ea redeuntium, vix non ex integro renunciarunt; & contra naturæ debitum ac honestatem in aliquo peccare, quàm gemiscentem populum dira illa belli mole diutius premi, maluerunt, sic quæ certo fine honesta sunt, non ideo desinunt alio respectu aliquid inhonesti secum involvere.

De verbis Comitis Trautmanstorfij nunc anima in cœlo, & corpore in terta quiescentis, quæ disjector confictè profert, non attinet multa dicere, neque enim mortui nisi in scriptis post se relictis respondent, permittat ergo mortuo vel in sepulchro quietem, cujus animum Galli in vivis adhuc agentem innumeris curis fatigarunt.

Sed inquit Disjector *Alsatiæ cessionem a DD. mediatoribus Pacis Monasteriensis*

iensis non fuisse improbatam, aut ad quandam quasi emptionem reductam. Extollens ıdhæc Gallorum inconsultam liberalitatem, quod tres librarum Turonensium nilliones Domui Austriacæ œnipontanæ promiserint: fateatur ingenuè quàm beıè & contra conscientiam hæc alleget; qui non ignorat quàm enixè se DD. Mediatores interposuerint ne Alsatiarum cessio Gallis fieret, quam tamen nihil unquam remittenti ambitioni Gallicæ, intuitu boni publici tandem inviti cedere lebuerunt, aut ut cederentur passi sunt; improbarunt itaque DD. Mediatores cesionem istam simpliciter, sed quò pacem quam universum Imperium & tota Europa sanguineis fletibus & gemitibus suspirabat vel iniquissimis etiam conditionibus à Gallo quem fortuna secunda semper intractabilem fecit, mpetrarent, eousque nec amplius prædictam Alsatiarum cessionem approbarunt, & ejusdem Pacis amore Austriaci acceptarunt, qui publica comnoda privatis anteferre, majorum suorum in se hæreditariè transfusa pietae & clementia pridem didicerunt. Neque est cur Disjector hic Gallicam nultam venditet liberalitatem, quasi supradicta Alsatiarum cessio ad emptionem ıon sit redacta; ac si nesciret in transactionibus super rebus litigiosis certa pecuia non quidem æquali sed inferiori pretio aut etiam majori quam res ipsa sit ad nodum veræ emptionis conveniri, tantum quod hæc fiat circa rem non litigiosam c pro justo pretio, illa vero solummodo circa rem litigiosam, ubi pretium vexæ ccommodatur, sed non frustra subterfugit vaferrimus Disjector emptionis tiulum, si enim liberum fuisset Domui Austriacæ Alsatias vendere aut non vendee, certo scit quod vænales nunquam proposuisset, nisi ambitione Gallicâ isthuc uisset compulsa: verùm & tunc coquebat ipsum conscientia nimis injusti lucri, inc tandem tres milliones librarum Turonensium promisit, quæ erronea & nulı conscientia nisi prætextata sibi hodiedum suisque usibus retinet; cesserunt igiur Austriaci Alsatias, ut Gallorum insolentem vexam ea cessione sibi & Imperio oc quasi extorto lytro redimerent, nunquam alias nisi Pacis amore id facturi, aut tatus Imperij idem concessuri.

Et quamvis nunquam negatum sit Regem Galliæ nunc jure cesso Alsatijs rui, non audebit tamen ipsemet diffiteri, quod pecunijs pro ea cessione promissis ure prorsus nullo adhuc utatur, & quid in Galliam Domus œnipontana unquam ive præteritis, sive hodiernis temporibus peccavit, cur Gallus proprio ausu pronissa ipsi pro Alsatia tres istos milliones retineat? siccine Gallis Justitia hæc est ommutativa, re & pretio pariter gaudere, quid tandem aliud sanâ ratione hinc olligi potest, quàm quòd videantur œnipontanum Archi-Ducem eo adigee velle, ut jus hypothecæ quod pro prædicta promissæ pecuniæ summa in terris Alsatiæ Gallo concessis salvum hacet, armis cogatur quærere, & sic ipsis nova sit ccasio belli in Imperium ulterius proferendi. Sin Gallus prætextato more suo

ceſſionem Hiſpanicam ratione Alſatiarum nondum obtentã alleget, nolite, Cives Imperij, fucatis iſtis objectionibus in alia abduci, ſatis enim Gallo conſtat promitti ab Auſtriacis non potuiſſe, illius Hiſpanicæ ceſſionis certitudinem, quomodo enim Hiſpanum ad eam amore Pacis Germanicæ extradendam inducere ullis rationibus potuiſſet, quem Imperium etiam in ditionibus ad ipſum nomine Imperij pertinentibus Pace Germania omnino excluſit; & cur Gallis tanti debet eſſe hæc ceſſio Hiſpanica, cùm vix poſt ſæcula res eum in caſum deventura ſit, quo Hiſpani ſucceſſionis jus ad ſe in Alſatijs devolutum prætendere unquam valeant, neque enim Hiſpani harum Alſatiarum ſunt proximi, ſed remoti hæredes, & ſi fuit Gallorum hac in re tanta liberalitas, quanta fuiſſe jactatur, deberet Gallia non verbis, ſed facto ipſo pecuniam paratam neglecto omni alio prætextu realiter numerando eandem liberalitatem demonſtrare, qui enim citò dat, bis dat; ſed largiſſimis promiſſis ſemper ſunt liberales Galli, factis verò aut raro aut nunquam, & ubi liberales ſunt, periculum ſemper eſt ne libertatem animi erga quem ſe tales exhibent, proximè ſint mercaturi. Hæc ſcilicet Diſcuſſori de arcana Alſatiæ ceſſione perquam notiſſima ſunt, & maluiſſet plane ab ijs tractatibus abfuiſſe, quàm, ut coactè debuit, in eam ceſſionem præter omnem voluntatem ſuam conſentire: Cætera calumniarum ignarus, quas Disjector ſuo forte agendi modo ipſi affingit, qui proprijs actibus alienos metiri affectus conſuevit.

Quo uſque verò Disjector Gallicus cramben illam toties recoctam nauſeabundo ſtomacho obtrudet? & Auſtriacorum maxima ſua opinione commoda ex pace Monaſterienſi accepta, verbis illuſoriis decantabit, ſua verò Suecorumque inexplicabilia emolumenta quantum poteſt ubique extenuabit? Age libremus tanta commoda æqua lance judicij & rationis: Auſtriacis quid tandem hac pace ceſſit? Nunquid Oenipontani Pupilli per ambitionem Gallicam ſua ſunt ſpoliati Alſatia, & promiſſis pro ea pecunijs hodiedum injuſtè carere debent? Nunquid Archidux Leopoldus Wilhelmus ſuis Epiſcopatibus Halberſtadenſi, Mindenſi & alijs æque privatus eſt? quid vero ex hac pace Galli Suecique perdiderint, audite obſecro, Metas, Tullum & Virodunum Imperio plane tandem ademerunt, ſibique proprietarie adjecerunt, Alſatias hodiedum tenent regno ſuo incorporatas, & Philippopolim leoninæ protectionis ac præſidiorum jure, ideo ſcilicet Alſatias regno ſuo incorporari voluerunt, ne qua in re Imperio ſubjecti ſint, atque pari libertate Circulum Burgundicum, Statumque Mediolanenſem, ſi ijs unquam potiti fuerint ab Imperio olim recognoſcent, ſicut Alſatiam, & miror ſane hiſce promiſſis faſcinari Status Imperij, quaſi ex hiſtorijs non conſtaret, Gallis olim oblatam fuiſſe unionem cum Imperio, & ut Conſtatus ejus fierent, ipſos vero hanc unionem eo uſque rejeciſſe, ut prætendere auſi ſint Imperium potius Galliæ ſuæ velut acceſſorium magis Principali uniri debere, & hæ ſunt Gallorum in Impe-

rium

rium sollicitæ prætensiones, quòd si verò ex prælibata pace Monasteriensi Gallis præter suam opinionem non satis commodi accessisset, plus sanè non fuissent injusto suo bello promeriti, adeò ut quæ nunc titulo cessionis ex conventione possident, injustissimis, & iniquorum armorum titulis prius tenuerint ac detentarint.

Si Austriæ Bavarus debitum remisit, quid ad Gallum res inter alios acta pertinet, facit id Dux Bavariæ gratitudinis antidoralis titulo, ob collatam in se suamque Domum Electoralem dignitatem, ergone debet Domus Austriaca omni prorsus emolumento carere, quæ maximum nervum totius belli per tot annos summa ex parte sola suppeditavit?

Quod verò Disjector repetit de libera Electione Regis Bohemiæ, Statibus Bohemicis competente, eò videntur collimare, ut quos olim seu invidia, seu religionis diversitas in Dominum suum, paresque regni constatus commovit, eosdem hodie Gallicæ incantationes in pejores seditiones concitent, aut sane doleat, se nuperis tractatibus Pacis Monasteriensis illud quoque contra Domum Austriacam industriè procurandi, fuisse oblitum. Cur autem non respondet ad ea quæ ex aurea Bulla Caroli IV. hac super electione Regum Bohemiæ allegantur, & quæ Principes Electores Imperij talia esse in Electione Ferdinandi 2. gloriosissimæ memoriæ sine affectu ullo prudentissimè pronunciarunt? hìc tacet Disjector noster pisce magis mutus, & quibus respondere non potest, ea turbare conatur, ut in aquis turbidis tantò facilius piscandi occasio illi sit

Quantum ad §. Et ut eò syncerior &c. attinet, fateor verba, quæ Disjector adducit, esse Instrumenti Pacis formalia, sed mutilata, debebat enim adjicere quæ in fine ejusdem §. continentur, nimirum *singulis tamen Imperij Statibus*, non obstantibus scilicet omnibus prioribus in eo §. generaliter dispositis quod particula (TAMEN) satis annuit, *liberum fuisse, & huc usq; mansisse, huic illive Regno* scilicet Gallico aut Hispanico *extra Imperij limites suppetias ferre, non tamen aliter quàm secundum Imperij Constitutiones.* An non Gallus huc referet tot integros exercitus in Imperio contra Hispanum conscriptos, & extra Imperium eductos, quod igitur ex eodem Instrumento Pacis ipsis licitum, cur idem Hispanis illicitum fuerit? cum de utroque Regno par fiat mentio, & cur non replicat Disjector ad Declarationem à Statibus Anno 1648. super hoc §, datam, quam Discussor non sine ratione allegavit, iterum obmutescit, quia novit se contra rei veritatem scripturum fuisse, si aliud evulgaret, adesse enim ipsosmet Electores illius intentionis vivos testes; & quomodo Imperium eo usque potuisset deseruisse commembrum suum Circulum Burgundicum, qui in hæc bella cum reliquo Imperio innocenter involutus est, qui se tanquam membrum fidum capiti lædendo objecerat, ut etjam extra istos Imperij limites omnes ei suppetias denegasset, id sanè fuisset membrum sanum pro putido habere, & à toto corpore totaliter resecare, atque pro acceptis

 beneficijs,

beneficijs, maleficia ingrate rependere. Non poteſt itaque Gallus negare, quod Auſtriacis velut Imperij Statibus vigore Inſtrumenti Pacis, & ſuper puncto auxiliorum ſequutæ Statuum Declarationis licitum fuerit regno Hiſpaniæ ſuppetias ferre, non ſua pecunia, commeatu, ſignis aut intra Imperij limites, ſed Hiſpanorum ſtipendijs & extra ejusdem Imperij limites; & quid adhæc Disjector, quod pro eo quem extra Germaniam eduxit numeroſo milite, nunquam vel Imperatoris requiſiverit conſenſum, cui proinde juxta Imperij Conſtitutiones, tranſitus & receptus nequaquam indulgeri debuiſſent, denuò ſilet, ne delictum ſuum prodat, ſemetque ipſum reum violatarum Imperij conſtitutionum arguat. Manſerunt igitur per ſuccurſus ab Auſtria Hiſpanis datos illibatæ & intemeratæ Pacis tabulæ, aut reſpondeat Disjector ad Pacis ſuper hoc articulo à Statibus factam declarationem, vel utrum à tempore transactionis Monaſterienſis concluſæ ſigna aut ſtipendia Auſtriaca uſpiam in Flandria viderit, aut explorarit, credo ſanè h c aquam ipſi hæſituram, ergo debuerunt dimiſſi fuiſſe ab Auſtriacis, quicunque in Belgium ſive majoribus ſive minoribus turmis tranſire ſtipendiarij Hiſpanorum milites, neque id planè negat, ſed tantum brevi manu factum eſſe contendit, quaſi verò Hiſpanus talem militem ex Auſtria educendo non ærarium ſuum magis exhauſerit, quam Gallus ex finitimis locis ſi non majorem ſaltem parem numero militem deligendo, hic nimirum Pacis transactæ genuinus eſt ſenſus, & hæc ſemper fuit legislatorum intentio, quorum conſcientiam deſuper appello.

Neque id eſt eodem tempore velle contraria, quando plus Gallis in conſcribendo milite, quàm Hiſpanis indultum eſt, quippe illi non conſulto Imperatore modo contra Conſtitutiones Imperij illicitè uſurpato militem è Germania equosque eduxerunt, Hiſpanis verò ab Auſtria non niſi poſt longas Capitulationes & frequentes veluti preces aliquis tantùm miles conceſſus eſt: Hinc patet quam bene Disjector Gallicus Auſtriaci Diſcuſſoris luce meridiana, clarioribus argumentis ſatisfecerit, & eſtne Diſcuſſor iſte talis rabula forenſis, ut etiam in Palatijs & Principum conventibus continuo auſus ſit aperta fronte ſe ſiſtere, & non ſine magna ſui æſtimatone cum ipſiſmet quotidie conſidere?

Sed agedum ad Disjectoris iſtius puriorem Philoſophiam nos convertamus, qui inter genera ſubalterna, generaliſſima, & cur non etiam inter hæc & transcendentia ſuas facit huc parum pertinentes differentias?

Ideò inquit Auſtriacum exercitum in Italiam mitti non potuiſſe, quod Hiſpani Gallorum hoſtes ſunt, *quos Imperium, ejusq; Status nullo unquam titulo aut prætextu, nullo modo, nullave belli ratione juvare contraxerint, adeò ut termini iſti negativi generales neq; ad locum neque ad tempus ſint reſtringendi, cùm Gallia non ſecus ac creditor aliquis qui tum generali, tum, ut ſecurior ſit, etiam ſpeciali hypotheca ſibi providet, eodem prorſus modo ſibi cautum voluerit.* Quod ſi hæc, pro Gallorum ſenten-

ita

a ita interpretanda ſunt, & verè, certè clauſula ſalutaris prædicti §. plane erit ruſtranea, quæ huic illi ve Regno extra Imperij limites non tamen aliter, quàm ſeundũ Imperij conſtitutiones ſuppetias ferre ſingulis Imperij Statibus liberũ eſſe iſertè & expreſſis verbis ſtatuit: ſi extra Imperij limites, cur non magis intra eosem, & ubi de Imperij feudis non exemptis diſceptatur? & cur ſpecialiter Gallia e non immiſcendo ſe bellis in Circulo Burgundico JAM, id eſt pro hoc non pro uturo poſt pacata hæc bella tempore vertentibus per expreſſum ſibi providiſſet, iſi perſuaſum habuiſſet, clauſula generali adeoque jactato iſto genere generaliſſio ſibi non ſufficienter cautum fuiſſe, eo quòd Circulus Burgundicus feudum ac nembrum Imperij eſſet, quale non minus eſt & recognoſcitur Status Mediolaenſis; ubi ergò eadem juris eſt ratio, idem ibi jus ſtatui neceſſe eſt, & ſi ad Galorum cautelam Circulus Burgundicus ab Imperij publica guarantia ſigillatim deuit eximi, debuiſſet idem & eodem modo de Statu Mediolanenſi pariter deceri, claudicat itaque quam Disjector in medium produxit omnino diſſimilis caſui oſtro Hypothecæ ſimilitudo; aliæ enim ſunt leges reſtringendi juris alieni, aliæ oncedendi juris ſui, cum illæ ultra expreſſum non extendantur, hæ verò tanquam onæ fidei ad ſola expreſſa non tantùm ligentur, quippe qui bona alterius omnia ypothecata habet, non tenetur ideò ſola ſpeciali hypotheca contentus eſſe, ſed oteſt reum debitorem in quibuslibet ipſius bonis, modò ea libera ſint, relictâ etm ſpeciali hypothecâ, jure ac plene excutere, nihilque amplius ſpecialis hypoheca tribuit, quàm quòd ante alios ſive poſteriores ſive anteriores etiam crediores hypothecam duntaxat generalem habentes jus ſingulare eo uſque illi conedat, ut tamen ſi anterioribus creditoribus ex reliquis bonis debitoris generaler hypothecatis ſatisfieri non poſſet, ſpecialis hypotheca eo caſu exiguo huic fuura eſſet adjumento, qui de ea ſingulariter ſibi providiſſet, ſed omnia hæc præſtaet præterijſſe, niſi anſam in id Diſjector contortâ ſua ſimilitudine præbuiſſet: Nunquam enim Auſtria huc usque conceſſit aut faſſa eſt contra Gallos miſſum eſſe in Ialiam militem, ſed contra Ducem Mutinenſem, ut per Gallorum concitaionem contumax redditus in Imperatorem & ſeditioſus in Convaſallum ad obervantiam Cæſari debitam & frugem reduceretur, ijsque feudis invadendis abtineret, ad quæ Domus Auſtriaca ſpem ſucceſſionis ſibi præ alijs omnibus meritò & ex inveſtitura primi acquirentis vendicat, & quod Cæſar tunc ſtatuit, cur Auſtria cui proximius impendebat malum, pro ſervando jure ſuo ſucceſſionis ſententiam Cæſaris non exequatur hodiedum, donec feudum iſtud Mutinenſis infeſtabit, & ſuã ſucceſſionis ſpem iſthic intervertere conabitur, & verò ſi exercitus iſte Auſtriacus Hiſpanis in auxilium iſthuc miſſus fuiſſet, nunquam ſub ſignis Auſtriacis illis militaſſent; quid hic dicit verboſus Disjector ad tot articulos capitulationis Cæſareæ, quam hoc in Italiam miſſo milite proclamat prorſus violatam,

in veritatem omnino contrariam allegatos? Nihil, quia fundamenta ſua in arena poſuit, quam ventus unà cum fumis quos vendit, diſſipavit; jure igitur tuebatur Cæſar feuda Imperij in Italia, qui omnia, quæcunque ibidem alienas in manus devenerunt, ad Imperiũ quo ad fieri poſſet reducere, vigore ſuæ Capitulationis obligabatur, & hodiedum eadem feuda tuetur Domus Auſtriaca ſibi ſpe ſucceſſionis non à moderno Hiſpaniarum Rege, ſed à primo acquirente obtenta plus quàm alteri ulli jure debita; igitur hæc miſſio exercitus Auſtriaci in Italiam nec bellum dicenda, nec pro bello cum Hiſpanis ſociali habenda, cùm non fecerit in eo Imperator niſi ad quæ de jure Majeſtatis & contractæ per ſuam Capitulationem obligationis, Domus vero Auſtriaca, niſi ad quæ amore ſui proprio tenebatur. Quis igitur evincat Paci Monaſterienſi in minimo hîc fuiſſe contraventum, quis iſtam ſequelam philoſophicè concludentem dixerit, Cæſar Gallorum hoſtes nullo titulo, nullo prætextu ſuis ſcilicet armis juvet; ergo vaſallum ſuum immorigerum & contumacem non caſtiget non plectat? ergo jura feudi, quæ beneficio naturæ & ſanguinis ipſi obtigerunt, ſibi eripi, & ad alium ſe ſpectante & ignavo transferri patiatur? nemo philoſophorum ignorat hunc ſyllogiſmum à diſparatis quatuor terminis vitioſum eſſe; hoſtes noſtri dicuntur, qui in nos exſurgunt, neque aliàs Imperio noſtro ſubjecti ſunt, & in illos bella decerni ſolent, qui nobis verò ſubditi ſunt vaſalli, ſi paritoria mandata neglexerint, aut contempſerint eos pro tuenda Juriſdictione non animo hoſtili, ſed paterno, manu etiã militari ad obedientiã oportet reducere, delinquentibus in pœnam, alijsque ne ſimile quid audeant in ſalutare exemplum;

Et quâ fronte non erubeſcit Disjector Gallicus Imperatorem Ferdin. 3. de denegata Duci Mutinenſi Juſtitia coram toto Imperio impudenter accuſare? doceat, per quem, & ubi Juſtitiam implorârit, qua in Cancellaria aſſerventur querelæ illius, quem appellaverit Judicem, Auſtregas an Conſilium Imperiale Aulicum aut aliud? ſed dehortatoria & mandata cum atque ſine clauſula arctiora, & paritoria quæ contra contumacem nobili Imperatoris officio emanarunt, atque in Imperij archivis aſſervantur, ſemper in medium produci poſſunt; quâ igitur facilitate Diſjector aſſerit Duci Mutinenſi ab Imperatore denegatam fuiſſe juſtitiam, pari facilitate donec id probet refellitur, & ſi accuſare ſufficeret, quis demum innocens foret? Quod vero Regis Galliarum omnibus afflictis Principibus latiſſime patens patrocinium Disjector tantopere commendet, facile id de optima Principis indole, & in his quæ ſuo judicio facit, conceſſerim, ſin ad eà deſcenderimus quæ Procerum conſilijs agitantur, meliùs ſane dixiſſet Galliam non Galliæ Regem omnium delinquentium in Dominos ſuos, omnium pervicacium & perfrictorum hominum eſſe tutiſſimum receptaculum, non receptatorem ne dixero ſcelerum aſylum quod modeſtia prohibet; ſciunt utiq; aut ſaltem deberent ſcire tum ipſi Regis

Galliarum

Galliarum Proceres, tum quilibet qui eorum consilio in Galliæ patrocinium recipitur, Imperij Vasallus, eatenus tantùm extendi jus hoc protectionis & clientelæ; quatenus Jus læsæ Majestatis aut feloniam, vel aliquod aliud delictum ac contumaciam in Imperatorem aut Dominum ipsius non involvit; neque qui eo modo amicus Gallorum est, ideo hostis meus esse desinit aut prævaricator; posset enim Gallus à porta Ottomannica Turcam aut Barbaras istas gentes elicere, jure ne id patiar, quia Gallorum amici essent contra Hispanos, quis sanæ mentis ita arguat?

Et quid ad Gallum Electorum jura velle tueri? quis enim hic constituit Judicem? meritò sanè debet suspectus omnibus esse, qui in omnia ultrò, non vocatus, & violenter se ingerit; tali profecto tutori bona pupilli jura vulgato non facilè concrederentur; ideoque non possum satis demirari, quod jura publica id tam levè æstiment. Et memini me nuper legisse ac audivisse, non esse signum evidentius pseudo-prophetarum, addo ego, pseudo-politicorum, qui vestibus incedunt ovium, intus verò sunt lupi rapaces, quàm qui in aliena nec missi nec vocati ultro veniunt, & opportunè ac importune se intrudunt. Quis Gallos ad jura Electorum atque Imperij seu tuenda seu restituenda accersivit? nisi qui justitiæ causæ suæ fortè diffidit, scilicet talium omnium hæc est suprema politica, quòd sciant omnia eandem tempori cedere, & quæ ab initio iniqua sunt ex diuturnitate temporis pro æquis fore habenda, & quemadmodum ex pessimis delictis natæ sunt optimæ leges, ita ex injustissimis invasionibus persæpe obtineri optimas & utilissimas Pacis conditiones. An non etiam obligatus est Imperator, quoties Vasallum talia merentem vult punire, ad Electores recurrere, ut id sibi liceat? De contumace aut delinquente in Bannum declarando, aut bello in Imperij præjudicium sine eorum præscitu nusquam indicendo, non ignarus sum id capitulationis lege consuetæ contineri, sed quid Gallus id ad alia extendit, de quo nec Electores, qui juribus suis satis invigilant, sunt solliciti, aut unquam questi? ita in alienis sagax est, dum sua ibidem venatur commoda.

Deinde nunquid in Italia plura Imperii feuda extra Statum Mediolanensem reperire est, quæ ad collectas Imperii nihil conferunt, quid Mutina, quid Sabaudia, quid Mantua contribuunt: hinc ne ergo infertur, quod permittenda sit horum omnium avulsio ab Imperio quæ præstaret ad ipsius communes collectas cũ alijs multis posse retrahi, quid tum postea? Si hoc feudo Gallus potiretur, velletne ipse collectis se subdere, id vix persuadere mihi possum; neque facile inducar ut persuasum habeam; neque est cur obtrudatur parum Imperij interesse, quis ab eo Statum Mediolanensem in feudum recognoscat ac teneat; absit, plurimum enim ipsius interest, quandoquidem Dominus ex mutua fide ita tenetur Vasallum suum contra omnem ejusmodi injuriam in quantum potest juvare, sicut vasallo incumbit eodem casu Domino suo ope & consilio fideliter adesse, & ei servitia quælibet

præstare,

præstare, neque igitur miles Austriacus sola Hispanorum persuasione ab Austriacis in Italiam transire jussus est, quasi Austriaci tantum Hispanis Imperium in se concessissent, quemadmodùm jocosè fatuatur Disjector Gallicus, sed Cæsar agnovit fidem quam Dominus Vasallo debet, & Domus Austriaca ad rem suam meritò attendit, quod ipsum & Gallia tali casu citra omne dubium certò facturæ esset.

Ex quibus omnibus manifestum est, retorqueri in Disjectorem Gallicum omnia illa falsa, quæ Discussori Austriaco sine ulla ratione affinxit, & caveant tum Eminentissimi ac Serenissimi Electores, tum reliqui Imperij Status, ne quod Gallicus hic Disjector de Comitis Ognate in aulâ Ferd. 2. Imperatoris prætensa potestate falsè obgannit, ipsi aliquando in Rege Galliæ, ejusque Legatis sentiant, ijsque demum dicatur, Le Roy de France le veult, le Roy de France ne le veult pas, jam enim hoc imperium in Status Imperij paulatim attentare velle videntur.

Deum bonum! quò non devenit hominum malitia, qui hodie ferit, acceptæ injuriæ accusare non veretur, & qui bella iniqua alijs infert, se talibus impeti quæritur, gnaviter utique oportet esse impudentem, qui semel verecundiæ excessit terminos, quid igitur mirum si Gallus qui ex Pace Monasteriensi Metas, Tullum, Virodunum, atque ipsas etiam Alsatias ab Imperio revulsas proprietariè sibi adjecit, Domum Austriacam, quæ minimum has Alsatias alienæ ambitioni relinquere debuit, nec alibi regna sua vel ad palmum terræ dilatavit, audet solita levitate sua arguere, de Episcopatibus & Archi Episcopatibus ideo profanatis, *ut saltem domus Austriaca sua sibi servaret integra & illibata*: an non optima hæc domus, quæ nihil magis quàm clementiam spirat, non solùm libenter octavum Electoratum Palatino Rheni annuit, promovit & concessit, sed & fratrum ejusdem appennagia, viduæ matris victalitium, & sororum nuptiæ elocandarum præstandas dotes, aliaque plurimorum aliorum singularia debita amore pacis pro alijs solvere constituit, quæ sanè non percensuissem, nisi exorbitans Gallici Disjectoris calumnia tota vi me in ea traxisset, nunquam enim Domus Austriaca beneficia facta legitur exprobrasse; & quid commodi ipsa vicissim habuit! nisi unicam illius debiti abolitionem, cui Bavarus in Electorem promotus libenter & prompte renunciavit, nullius persuasione aut minis adactus, aliàs rerum suarum nec jactator, nec prodigus. Quid amplius? libertatem nimirum reducendæ in terras & Provincias suas Catholicæ religionis vijs ac medijs non modò licitis, sed planè laudabilibus, & pari jure singulis Imperij Statibus ubique concesso; atque utinam hanc libertatem ipsi aliàs jure territoriali debitam æquè atque alij omnes Status integrè obtinuisset; sed Svecorum interventio Gallorum societate non parum adjuta id effecit, ut etiam huic suo jure diversis in locis bonitas Austriaca certos modos ac metas posuerit. Nunquid gloriatur Gallus se belli socios nunquam dereliquisse? sanè igitur

& Svecum

& Suecum adjuverit in impetranda citeriore Pomerania, Episcopatibus Bremensi & Camnicensi, quorum invicem alios Episcopatus Archidux Austriæ Leopoldus Wilhelmus Electori Brandeburgico in satisfactionem, & Osnabrucensis quoque Episcopus alternationem in illo Episcopatu Ducibus Brunsuicensibus, si pacem Imperio dari volebant, cedere necessario debuerunt, quæ omnia Suecus & reliqui Acatholici ab Imperatore & Imperio nunquam extorsuri fuissent suis innixi viribus, nisi regis Galliæ auxilio se scivissent optimè suffultos; ita videlicet rem Suecorum in Imperio promotum ivit Gallus, ut semper haberet, qui Austriæ cervicibus ad arbitrium suum incumberet, vide nunc quis culpam gerat profanatorum Episcopatuum Deo & Ecclesiæ ereptorum, si hæc sunt beneficia, quæ Austria à Gallis debet recognoscere, næ majus ipsi beneficium erit, talibus gratijs non freq uenter honorari, volui dicere onerari: quod vero Gallus ob secundam belli fortunam tantopere insultet, non latebit ipsum res Austriacas sæpius desperatiori loco fuisse, quando Deus Justitiæ causæ illico divinis suis remedijs clementer adfuit; & dum se victos putabant Austriaci, tunc hostem suum funditus deleverint.

Pro retinenda pecunia quam in vicem cessarum Alsatiarum Gallus promisit, duo obtendit Disjector æquè falsa, æquè invalida; primò restitutas quatuor civitates sylvaticas, quas securitatis suæ pignora nuncupat; alterum cessionem nondum obtentam, & damna, ut ait injuria data; credo profectò quod bonus Disjector concipiendo errarit, voluerit enim dicere, debuisse Archiduci Oenipontano Alsatias Gallo cessas tamdiu pro securitatis suæ pignoribus relinqui, donec ipsi pecunia à Gallis promissa fuisset exsoluta; quis enim unquam audivit aut legit debitorem pignori incumbere: quo ad cessionem Hispanicam, si ita eam stipulatam esse putat Gallus, prout Pacis articulum ipse interpretatur, cur non in eu mlocum Instrumenti pacis, ubi de exolvenda pro Alsatijs promissa pecunia per expressum agitur velut conditio adjecta est? cur non omnes Status in eam putatitiam conditionem unanimiter consenserunt, ut quid à quorundam tantùm Statuum deputatis præter ordinem id actum est? cur protestata est solenniter Austria de hac conditione taliter non ineunda, si tam clarè in alio Pacis Monasteriensis articulo id promiserat, aut in quorundam Statuum ar bitrio est, aliena jura votis suis & placitis infringere, aut alium supra omnem tolerantiam onerare, merito igitur nunc displicet, quod nunquam placuit, & quidquid hac in re prætendat Gallus, sunt levia & vaga in omnibus declinandis fraudulentissima effugia; de damno autem injuria dato priusquam agatur, excutienda prius injuria & damni dati causa sufficienter demonstranda, quod hactenus contra Domum Austriacam Gallus nec fecit, nec apud sani Judicij homines, Deo volente imposterum unquam faciet, tam enim immota probavit Domus Austriaca pacis à se hactenus constanter servatæ argumenta, ut quamvis Disjector omnes rationes in unam

 collegerit,

collegerit, quas subtilis & perspicax ipsius Argutia illi dictitare poterit, nunquam tamen ea vel concussurus, ne dicam eversurus sit; atque ita est perpetua & optima Austriæ mens, ut omni ex parte, ab omnibus, & cum omnibus in eodem Pacis Instrumento nominatim comprehensis pax firma ubique conservetur, & inter eos, qui eo instrumento inclusi non sunt, vijs amicabilibus concordia & tranquillitas æquè concilietur.

Quantum an damna ab exercitibus utriusque partis Imperio data, facilè est conjicere, quod neuter exercitus rapinis pepercerit, sed si ad causas malorum animum & mentem converterimus, vix profectò inculpabilis erit Gallus, qui bellum in Imperio suis suorumque fœderatorum auxilijs ita fovit, ut cùm una tantùm in parte ortum esset bellorum incendium, ipse ignem istum quaqua versum latè serpere fecerit, illudque maximè detestandum videri debet, quòd cùm primus motus ex seditione subditorum in Dominum enatus sit, Gallus tamen his non attentis, & suæ utilitati posthabitis iniquam horum causam in se susceperit solo Domus Austriacæ odio tutandam & armis defendendam.

Quæ de Ulrico Duce Würtenbergico ter Ducatu suo exuto objectat, si bene rem Disjector legerit, inveneritha ud dubiè, præfatum Ducem à fœderatis Sueviæ socijs ditione suâ exactum fuisse, quòd Reutlingam vi expugnavit, qui Ducatus à dictis fœderatis Carolo V. datus, deinde ad Ferdinandum I. pervenit, & demum transactione An. 1534. inter ipsum & Ducem Würtenbergicum illius temporis facta feudum Austriacum remansit; quem verò in finem Gallicus disjector id moveat, si perquisivero, in promptu causa erit, ut scilicet antiqua vulnera faciat recrudescere Ducibus Würtenbergicis, & ad novos motus eos animet, si apud eorum prudentiam hæc vafrities locum inveniret; quos cæterùm recenset Galliæ clientes ab ipso defensos & erectos, bene quidem asserit talibus omnibus à se præstita auxilia; verùm quam justè, & quibus suis commodis, non attinet huc repetere, cum plenæ sint exemplorum historiæ.

De arcibus in Rheno sitis olim à Lotharingico hodie à Gallico milite adhuc possessis, & violatis vectigalium juribus quod regerit, tot verborum involucris contortum est, ut quid dictum velit, satis colligi nequeat, in forma debuisset respondisse tantus Philosophus, nam isti ex clara argumentorum propositione, & dilucida eorum resolutione veritatem infallibilem eliciunt, & quæ belli temporibus Brisaci Archidux molitus forte fuisset, cum ijs confundenda non sunt quæ post sancitam pacem ex integro nunc vetita sciuntur.

Iterum huc revocat Gallicus Disjector Hispanicam cessionem, eamque ideò tantopere urget, ut pecuniarum, quas pro Alsatijs Archiduci Oenipontano promisit, in suos usus perpetuò retinendarum semper aliquam possit obtendere fucatam causam. Scit utique Gallus vix unquam futurum esse, ut Hispanus ex Pacis

tis Instrumento exclusus juribus suis ad Alsatias cessurus atque hoc Chyrographum suum extraditurus sit, præter quam autem, quod ad eam cessionem ab Hispaniarum Rege obtinendam Austria nullatenus obligata est, ut ex supra adductis clarè patet, Gallo ratione Alsatiarum ipsi cessarum neque nunc ab Hispanis ullum imminet periculum, neque longis post hæc sæculis imminebit, cum jus hoc successionis ad Alsatias Hispani prius non possint prætendere, quàm Domus Austriaco Germanica omnino, quod Deus averruncet, intermortua fuerit; pari quoque Astutia & prætextu Cameram Ensesheimianam defraudat, dum omnibus possessæ Alsatiæ proventibus gaudet, summam verò debitorum in se susceptam non exsoluit.

Deum immortalem! quo non abripit homines istos sua ambitio & cæca dominandi libido, jam demum hæc disjectio aliquantulum saltem prodidit, quæ sint & quo vergant Gallorum consilia, quid putas adhuc in recessu latebit, talia nimirum sunt, ut vel cum Gygantibus Babylonicis fædus inirent de Deo ipso ex cœlo in terram deturbando, eò assurrexit eorum superba & insatiabilis cupiditas, quæ tantum nunquam possidebit, quin majora semper appetat; igiturne fœdera *ignorant nationum & religionum discrimina*! quis, obtestor, Politicorum, aut qua in schola id docuit? Lipsius certè religionem & pietatem veræ Politices prima fundamenta statuit; quòd si Helveti non duxissent sibi majori religioni fœdera violare, quàm Galli, jam per Gallicum fœdus cum ijs nuper tentatum, Austriacum plane concidisset, foretque exclusum atque interceptum, si Helvetorum in fæderibus servandis germana religio & fidelitas illud, quod Galli intendebant, effectum dare voluissent. Cætera quæ de Fuentis Comite allegat, sunt Disjectoris intempestivæ suspiciones & commenta: sed audite obsecro quò insaniæ ruat hic disjector impius, adducit in medium axioma Politicum, nescio cujus authoris, nisi Machiavelli aut asseclarum ejus, quòd nimirùm *omnis homo, cujus in censu Reges quoq; sint, à quovis homine, ubi opus est, beneficium aut auxilium accipere possit*: Profecto si Reges, prout particularem hominem, & suum ipsius individuum dicunt, hoc axiomate duxerit comprehendendos, erit cur tolerari possit propositio, sin Regem Monarcham plures repræsentantem, & à quo salus totius populi dependet ad hoc axioma pariter putarit reducendum, illique pestiferis consilijs suus illud persuasum eat; næ cæcus cæcum ducet, & ambo in foveam, atque utinam non in gehennam, cadent. In testamento veteri Judæis societatem cum gentibus ob periculum Idololatriæ planè interdictam, Christianis verò illam, quæ cum Mahumetanis aut alijs gentibus à Christo alienis, execrationi semper fuisse quis vel moditcum scripturæ peritus id nescit, pervolvat Disjector iste Deut. 7. Jud. 2. Josue 23. caput, &, si ignoravit, inveniet. Nunquid Paulus 2. ad Corynth. 6. dixit. Nolite jugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut

quæ ſocietas lucis ad tenebras? Nunquid ſimile huic prophetico effato præmiſit ex ore Dei ipſemet Sapiens Eccl. 7. admonens omnes homines inprimis vero Reges inquiens, diſcede ab iniquo & deficient mala abs te, in Synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira, eſt enim ſtupa collata ſynagoga peccantium, conſummatio illorum flamma ignis: malum autem, quod ab infidelibus timetur, ubi plus contagionis habet, quàm in contubernio militari, ubi laxati mores, & deterioribus pervij, adeo ut teſtimonio D. Cypriani ad Donat. inter nocentes noxium eſſe, crimen ſit, & malos quisquis non imitetur, offendat, unde non niſi mali & infauſti fuerunt, quicunque talia fædera cum gentibus & infidelibus tentarunt, quantò igitur magis talia vetabuntur, unde religionis Catholicæ ſi non interitus, at maxima ſaltem ruina & diminutio pertimeſcenda eſt, nolim allegare quæ hac ſuper materia alij ſapientiſſimè congeſſerunt. Si placeat disjectori ſcire quantum interſit, & utrum horrendum magis habeatur, fædus cum Turca inire in extremæ neceſſitatis caſu, an fidem frangere Turcæ cum caſu ſuorũ miſerabili, ac perpetua Chriſtianæ perfidiæ infamia, ubi, ni fallor Sigismundi Imperatoris perditá contra Turcas victoriam argute perſtringit, diſtinguat inter fœdera, & facto eorum juſto diſcrimine, disparitas ipſi illuceſcet; Aliud eſt enim fœdus, quò quis cum infideli ad amicitiam ſociabili jure ad armorum, atque utilitatum ſocietatem coit, & illud vetitum eſſe quis neget? Aliud eſt, cùm Fidelis cum infideli ex bello inter ipſos geſtò in pacem atque amicitiam concordi compoſitione venit, redditis ijs rebus, quarum bello turbata fuerat poſſeſſio, & hoc fœdus qui prohibuerit, neceſſe eſt, ut bellum ſemel cum Turca cœptum usque ad alterius partis internecionem continuandum eſſe velit, quod nemo prudens conſultum ducet, nè tam ſitibundo hoſti Chriſtianus ſanguis in tot piorum venis adhuc bulliens totus propinetur, omniaque hic hoſtis jura confundat, qui nullum habet; qualis ferè videtur eſſe disjectoris hujus Gallici in fœderibus faciendis religio. Cæterum neque fœdera cum Turcis, neque perfidiam laudârim; luit enim Sigismundus Imperator in duobus filijs ſuis ſæviſſimas perfidiæ ſuæ pœnas, & vix cardinalis, qui id conſilij bono Imperatori dederat, impiorum hoſtium furorem evaſit, hic enim Deus in teſtem promiſſi advocatur, cui juratur, illis verò, ni fœdera pacta ſerventur Deus & quidquid cœleſtis turbæ eſt abjurari, & ſacra omnia immundis permiſceri ſolent; ita Franciſcus I. Galliarum Rex juravit, prô pudor, ſe ſuper altare Dei porcellum mactaturum, & fontem baptiſmi cœno ſuo fœdè conſpurcaturum. Regisne Chriſtianiſſimi hæc verba ſunt; ſed multo ſæviora juravit, & talia quidem, ut legerim, Juramenti formalia audientibus comas præ horrore ſtetiſſe, & vocem faucibus hæſiſſe. Nolim jam recenſere quæ mala in Imperium Franciſcus I. hoc cum Turca inito fœdere, & alio paſſim noto Smalcaldico, ubi quæ tunc primum pullulare incipiebat nova religio, in prima radice potuiſſet evelli, noſtro

i,nostro damno invexerit. Nunquam certè Imperium in hunc deplorandum Statum redactum fuisset, si tunc serpenti malo eos occurrere permisisset, qui tam periculosæ rei præsens remedium adferre poterant, quod hodie à Domino Deo pro unione animorum in una religione continuis precibus devotissimè est exorandum.

Quando verò Gallus à Discussore Austriaco stringitur, cur cum Imperatore fœdus contra Turcas Monasterij inire noluerit, quo effugit? ecce quam dextrè hoc telum declinet, ait enim id Austriacos in suum duntaxat commodum postulasse. Quàm longè verius dixisset, si ingenuè fassus fuisset, tale fœdus impedimento sibi futurum fuisse, ne Turcam in Austriacos pro data occasione & suo arbitrio posset concitare, quod autem fingit Orientalibus Christianis impensurum fuisse periculum, sunt vani timores, & ludicra inventa, ut quid enim unitis viribus Turca ejusmodi quid in orientales Christianos intentans retundi non potuisset; ita res justas detrectantibus sua semper nova occurrunt effugia in omnes formas versatilia.

Si Disjector Gallicus tantopere sentiat, quod Discussor Austriacus de liberâ Electione Regum Galliæ ex datâ occasione adduxit, non debuisset ipse Statibus Bohemiæ ansam scripto suo præbuisse liberam Electionem Regis sui contra antiqua successionis jura superius allegata, ad quæ Disjector nec verbulo respondit, seditiosè postulandi, non itaque hoc Discussor Gallico Disjectori respondit, seditiosè postulandi, non itaque hoc Discussor Gallico Disjectori respondit, ut Status plebemve Gallicam in id concitet, sed ut in utroque paritatem rationum ostendat, maximæ cum de lege Salica inter Authores hodiedum summa sit disceptatio, eaque lex contra Anglos jus successionis in Galliam ex latere fœmineo prætendentes primùm lata scribatur, quæ cùm ad rem nostram non faciant, ego quoque missa facio.

Insuper Disjector iste Gallicus tot sua ad pacem perpetuam jactat desideria, libenter fatetur Austria, quòd maximum pacis studium primâ fronte ostentet, ita tamen ut omnia sua utilitate metiatur. Quod si defuerit ab omni suo desiderio & proposito, mox resiliat, modo non fictæ persæpè essent, quas publicè exclamat pacis petitiones, ut hac ratione incautos & nihil à bello sibi metuentes armis suis obruat & opprimat, non Austriæ tantùm, sed & Imperij, ac quoscunque aliorum regnorum Status. Perinde enim ipsi est, modo suam dilatet quaqua versum potentiam.

Neque profectò minus mirandum est, quod Disjector iste Gallicus tantam collocaverit operam & industriam, ut ex invocatione SS. Trinitatis & nominis Divini juramentum formale enitatur eruere, ea enim Invocatio in quibuslibet ultimis voluntatibus &, ut Notarii publici benè sciunt, singulis ferè privatorum contractibus est usitata: contractum autem & ultimam voluntatem quis dicat esse

jura-

juramentum, qui contrarijs contractibus & novissimis testamentis pro placito dissolvuntur; ideo verò tanto studio juramentum ex ea invocatione evincere voluit, quia optimum Imperatorem in Domino nunc placidè quiescentem, & immarcessibili corona, ut speramus, jam donatum perjurij reum post mortem facere voluit: Verum quantumcunque ea in palæstra bonus Disjector desudaverit, secundum Poli forum nihil obtinebit, quanquam non eam inficias verba Principum in foro fori pro juramento haberi. Tantum itaque interest inter Verbum Principis & Juramentum, quantum inter haberi, & esse, & quid in eo tantopere se cruciavit! cùm materiam, in qua perjurus fuerit integerrimus Imperator, nullo solido argumento hactenus demonstrârit.

Itaque sic ad Discussoris Austriaci argumenta hac disjectione responsum est, ac si Disjector omnino tacuisset, & suo labori supersedisset, neque enim quid responsum sit apparet, nisi quod carta speciosis rationibus, & plurimis calumnijs referta sit, quæ ad confusionem, & concitandum Austriacorum odium, quam ad elucidandam veritatem & Pacis amorem magis spectant; quæ omnia diffusè explicare libuit, quia verborum fallacias extricandas duxi; quàm autem multa adhuc supersint in Discussione, quæ Disjector astutus data opera prætermisit, statim comperiet, qui utrumq; scriptum & discussionis, & disjectionis secum contulerit.

In reliquo quæ Disjector in fine disjectionis suæ adjecit monita, prorsus salubria æstimo, prudenter enim tamdiu loquitur, dum in genere subsistit, ubi verò ad singularia progreditur, non est affectus & passionum modus ac terminus.

Hæc itaque Eminentissimi ac Serenissimi Electores sano judicio combinate, & æqua mente trutinate; neque enim quisquam extra vos meliorem interpretem agit in ijs quæ Pacis Monasteriensis sunt, quæ ut perpetuò atque cò firmius servetur, nec Status Imperij quolibet potentiarum exterarum vento ita agitentur, donec mutua collisione concutiantur, caput vobis & Imperio citò eligite. Nõ autẽ ficulneũ, sed tale, quod mixto cũ Monarchia aristocratico regendi modò decus Imperij in Majestate conservet, quod sanè futurum erit, si vos cum electo capite atque inter vos sine differentia, aut propriorum commodorum respectu contrà quemcunque invadentem exterum constanti amicitia & fide in unum coalueritis, ac quod supremum totius rei est, cò studium vestrum atque operam intenderitis, ut, de qua in Instrumento Pacis tàm repetita fit mentio, religionis transactio sic, adspirante Deo, effectui detur, ut animis ac viribus in unum omnes Imperij Status cujuscunque ordinis tandem coeant, quod unicum bonorum omnium ac postremum votum est; cui pio conatui vestro Deum certò adfuturum indubitanter asseverare ausim, si operis aggrediendi æquè pura & cum Deo conjuncta omnium fuerit intentio.

FINIS.